

**Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, D. Med. & Sup. Math.
Prof. P. Facult. Med. Senior Ad Exequias, Quas Optimae spei & Literarum amanti
Puero Remberto Henrico Binderim/ Filio suo mellitissimo, Cum quo Universa
Binderimiorum Familia eheu expiravit plane, Mater afflictissima hodie paratas
cupit Cives suos serio ac diligenter vocat**

Rostochi[i]: Weplingius, 1684

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746826451>


Druck Freier  Zugang





Bacmeister, J.,
in R. H. Binderim.

R. 1684,

30.







13
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOANNES BAC-
MEISTERUS, D.

Med. & Sup. Math. Prof. P. Facult. Med. Senior
Ad Exequias,

Quas
Optima spei & Literarum amanti
PUERO

REMBERTO

HENRICO Binderim /

Filio suo mellitissimo,

Cum quo



sa BINDERIMIUM Familia cheu-
expiravit planè,

Mater afflictissima

hodiè paratas cupit

ves suos seriò ac diligenter vocal.

RostochI,

Typis JOHANNIS WEPPLINGII, Univ

vers. Typogr. A. 1684.



Nte sexennium, CIVES ACADEMICI, ad suæ quietis locum deduximus, Virum Theologum Professore, Collegam nostrum desideratissimum, Clarissimum. DN. BINDRIMUM, Parentem unici optimæq; spei atqve indolis relictæ Filii, cujus Corpus exanime hodiè efferetur. Casus est non quidem inusitatus, sed Viduæ Matri quam tristis sit

& luctuosus omnium optimè dijudicabunt ii, qui aliquando in simili naufragio sunt versati. Si enim naturam ipsam judicem in hoc Mundo constituamus, nihil ea, homini sub Sole, Prole & Sobole bona & generosa pulchrius preciosiusve largita est. Thesauros, quos Mundus quærit, & deperit, Vesta, terræ Dea, peperit, earumque venustas facile perit. Ast Liberorum amor, *Socrate teste*, cœlitus naturæ velut illigatus est, ejusque conservatio à *σοφῆ* ceu aurea catena dependet, quam natura perpetuò contexens & obeuntibus nascentia substituens, ne in nihilum redigatur, præcavet. An verò Mœstissima Matrona eâ de causâ indignabitur, an exostulabit cum Deo, cum ejus providentia, cum Seculi fortuna? Id quidem nec pietate aut fidei nostræ Christianæ nec patientiæ conveniret, quam Servator nos docuit, nec ad ullam rem foret utile. Cogitabit Matrona honestissima, DEUM, quos amat, cum maximè exercere, nosque ad hoc sacramentum adactos esse, ferre mortalia. Fit quidem non rarer in hac vitâ, ut bonis, quos DEUS impensè amat, eveniant tantæ calamitates, ac si omnibus sceleribus contaminati essent, quibus impii sunt obnoxii: Cum ex adverso homines

nes

nes impii nonnunquam, quos tamen detestatur **DEUS**, illis perfruantur deliciis, quas suis cultoribus ipse promissit, imò filii etiam ipsorum non rarò felices esse videantur. Sed est hæc una ex illis vanitatibus, ut loquitur *Ecclesiastes*, quæ fiunt super terram, nimirum hoc seculo tantum, in altero enim, quod vanitate caret, bonis benè, malis autem malè semper est: quia sunt iusti quibus usu venit, ac si fecissent opus impiorum, & sunt impii quibus usu venit, ac si haberent opus iustorum. Ut videamus non magni pendenda seu bona seu mala esse, quæ in hac vitâ bonis malisque videmus esse communia, sed illa bona quærenda, quæ bonorum, atque illa maximè fugienda mala, quæ propria sunt malorum, ut elegantissimè **B. AUGUSTINUS** monet. Errant igitur vehementer, qui ab extremâ rerum specie iudicium de pietate aut impietate mortalium ferunt, cum in hoc Mundo feliciores plerumque sint, qui hanc exercent, quam qui illam ex animo colunt. Quod vel exemplo suo abundè satis hodiè testatur Matrona singularis exempli, **ANNA Sandhagens**. Ea, uti diximus superius, ante sexennium demum desideratissimum Maritum suum singularis eruditionis, candoris & probitatis Virum extulit. Ex illo tempore miserabilium personarum sortem & viduitatis molestias magno suo malo experta est. Neque heic calamitatum pausa: Vulneri vulnere additur, & Veteres cicatrices ex obitu Mariti ante hac acceptæ, temporis decursu aliquantum obductæ refricantur, dum Patrem sequitur per mortem unicus Filius, excelsæ indolis Puer **REMBERTUS HENRICUS BINDERIM**, cui Exequias Mœstissima Mater cum publico Programmate condecoratas expetat, utique & pauca hæc ægra quidem manu exponere voluimus, meritoque hic subnectimus, quæ elegantissimus calamus Clarissimi &

Pereximii DN. M. JOACHIMI LINDEMANNI Affinis
atqve Amici nostri dilectissimi de natiuitate atqve profapia
piè functi expressit. Anno *1778* M DC LXXVIII.
IV. Martii Optima spei puer REMBERTUS HENRICUS BIN-
DERIM vitalem spiritum traxit, Patre Viro Reverendo atq;
Excellentiss. M. JOHANN GEORGIO BINDRIMIO,
S.S. Theol. P.P. Clarissimo, nimis ab! precoci fato nobis erepto, in
quo quantum Reipubl. literaria perierit, prestat silentio in-
volvero quam eloqui. Matre verò Matrona Honoratissima,
omnibusque sexus fæminei dotibus fulgida, ANNA Sand-
hagens / quæ desideratissimum nunc Filium acerbè luget.
Avo paterno Viro Reverendo atqve doctissimo DN. JOHAN-
NE GEORGIO BINDRIM, Pastore Ecclesiæ Røvershag. o-
ptimè merito. Avia vero Matrona Honestissima, ANNA
Griesen. Avus maternus fuit, optimorumq; adhuc in ore
est Vir Admodum Reverendus, Clarissimus Doctissimusque
DN. M. REMBERTUS Sandhagen / per XLVII. an-
nos V. D. Minister, imo Presbyter quondam ad D. Nicolai
& Reverend. Ministerii Senior, atq; Director. Avia vero Ma-
trona Spectatiss. DOROTHEA ALWARDS. Proavo pa-
terno gavisus est, HANSONE BINDRIM, Cive & Tinctore
Gossypinorumque apud Smalcaldienses Artifice. Proavia
autem CATHARINA Sieverds / Proavo Materno ve-
ro, Viro Reverendo atqve Doctiss. GABRIELE Sandha-
gen / per XLIX. annos Ecclesiæ Borcholtbusana Pastore me-
ritissimo. Proavia vero Matrona pientissima ANNA Wol-
ters. Accedit Abavus paternus, GEORGIUS BINDRIM,
Tinctor & xylinorum in vico quondam dei Waltershausen Artifex.
Abavia ejusq; ANNA Selten. Maternus vero Proavus fuit.
Reverend. ac Doctissimus JOHANNES Sandhagen / Ec-
clesiæ Dissana, quæ in Episcopatu Osnabrugensi est, Pastor vigi-
lantiss.

lantiss. Abavia vero ANNA RUDOLPHS. Hac profapi-
oritus Beatus noster, hisce Parentibus originem debet. Sacra-
mento dein Baptismatis initiali tenellus tinctus, Ecclesie Chri-
sti associatus est. Unicum hunc Stemmatis Bindrimiani sur-
culum, (ceteri enim Nati Nataqve fato concesserant,) sub tute-
la & educatione Patris educandum sperabamus, sed prevenit
inevitabile fatum, suavissimumqve Parentem immaturo fu-
nere eripuit, vix XI. Hebdomadas nato. Eheu! orbis Patre
tanto, quid aliud quam calamitatum insecutarum presagi-
um habuit; orbis Etantum non orphanus, injuriis damnis-
qve exponendus. Sed pensavit damnum Beatiſſ. Avi cura, qui
hunc Nepotē eximia Charitate dilexit. Accessit non minor amor
Parentis Honestissima, quo illum utpote unicum arctissime ej-
complexa. Inter hac puer crescere & eximia indolis manis
festa documenta dare; quid nunc commemorem vigorem inso-
litum? quod in oculis jubar? quod formæ decus? quid roseas ge-
nas? quid frontis honora apicem dilaudem? levia hæc arbi-
trare nec relatu digna præ ingenii dotibus. Sanè ubi primum
anni permisere literarum elementis operam impendere, ardore
incredibili ea comprehendit quæ superare captum videbantur.
Uti ignis semper splendorem spargit vel levi aure flatu tactus, ita
caelestem flammulam, animam hujus pueri, incalenscentem & co-
ruscantem vidisses, toties quoties conatus pueriles laudari con-
tiggerat. Notum id Amicis, notum Pedagogis est, qui tenellum
nostrum ad virtutem & pietatem manuduxere. Ex ungue
Leonem conjicito, nam nostrum neque est nimis multum neq; pa-
rum nimis tantam indolem laudare. Efflorescentem ingenu-
um nostrum major adhuc calamitas tetigit, Avi ante annum
obitus, o duram sortem tam sciti puer! imo Matris ejus una
quæ hunc venerabilem Senem adhuc dum luget. Quid tan-
dem jam supererit non tactum infortunio; eequid vulnere in-
vulnere locus? Noster quidem Maxgeſſus, Avum plus quam
puerum

puerili affectu adamavit, per sepe testatus, se nihil nisi Mellis-
tissimi Avi praesentiam desideratissimam exoptare. Nunc de-
venio ad hodierni doloris fontem, ad quem explicandum vix sese
mens applicat, ac veluti torpedine tacta, haeret. dicamne? ah!
sed dicam, eheu! annis animoque florentem, spem Familia,
Matris columnem, Amicorum delictum, ex ipso vita limine & ma-
ternis ulnis.

Abstulit atra dies & funere mersit acerbo.

Morbum quod attinet, en relationem Medici Viri No-
biliss. Excellentissimi ac Experientissimi Dn. SEBASTIAN-
WURDIGII, Phil. & Med. D. ac Prof. Celeberrimi, Archia-
tri Meclenburgici & p. t. Facult. Med. Decani spectabilis, Dn. Col-
lega, Fautoris ac amici nostri honoratissimi, cui sub finem Cu-
ra etiam adjunctus est Vir Experientissimus Dn. D. BERN-
HARDUS BARNSTORFIUS, Practicus hęc felicissimus Af-
finis itidem ac amicus meus singulariter dilectus. Morbus,
quo elegantissimus & scitissimus puerulus REMBERTUS HEN-
RICUS PINDRIM occubuit, varioli fuerunt ita communiter
dicti; ex quibus, licet plerique evadant, multi tamen etiam
succumbunt & moriuntur. Ratio hujus, diversus maligni-
tatis gradus est, & corruptivus quidem pravos pariter ac lau-
dabiles corporis humores fermentans. Hinc sparsim inter-
dum, non raro ubertim erumpunt, & non corporis solummo-
do, verum etiam viscerum internorum superficies occupant.
In beato nostro puerulo, Natura suis quibus pollebat viribus te-
nerioribus, copiose quidem satis ulcuscula protrudebat, ita
ut univrsum corpus iisdem obduceretur, diesque priores cri-
ticos, me praesente, superaret, par tamen non fuit, nec viri-
bus sufficiens, omnem superandi fermenti malignitatem;
licet enim maturaret exanthemata, eaque paulatim exsicca-
rentur, deciderentque, malignitas tamen superavit vires, eas
suffocavit, spiritus vitales, ipsamque vitam tandem extin-
xit.


xit; id quod factum esse ex adstantium relatione percepit
 12. IIXbr: hora dimidia septima vespertina. Ingrave-
 scente vi morbi peracris, quo corpusculum ejus conflectabatur,
 semper sacra locutus, ingemuit sacra, nil nisi cantilenas sacras
 audire desideravit, inter has ecclesie nostrae hymnos **Luft mei-
 nen lieben Gott / Wie schön leuchtet der Morgen-
 stern** &c. praeteris lubentissime audivit: tandem doloribus
 corpus fatigatum veluti carina, tempestatum vi solutis compa-
 gibus, undis, ita morti viam dedit. Decessit itaque VI. Annos
 VII. Menses VIII. dies natus, Anno M. DC. LXXXIV. XII.
 Octobr. hora VII. vespertina. Ita obiit scitissimus Puer, & pe-
 nē in demortui desiderio Mater. Quis hic mærorem quo con-
 ficitur extremis tantum lineis depingere audeat? Appelles sa-
 ne, cum in picturā quae Iphigenia immolationem exhibebat,
 omnem tristitia imaginem absolvisset, non ausus Agamemno-
 nis Patris vultum pingere, eum velavit: quis gemitus, suspiria,
 singultus, lacrymas quibus Mater immaduit, quatitur, con-
 cutitur, penicillo levi, vel coturno gravi exprimere audeat;
 omnem hic mimum, ludum jocumve putes, maternus dolor al-
 tius penetrat. At, at, cobibere satius est lacrymas, & cum
 Jobo solatium inde quaerere, ירה לקרי, quid desidera-
 bis? Dominus accepit; custodiet, reddet. Felicem & candidum
 diem, qui Te Avo Parentique & illos Tibi reddidit: illi nunc Ti-
 bi, nove Coelicola, optatus dant amplexus, horum Tu nunc re-
 clinis in sinu. Ne Etareos latices, caelesti gaudia, potas. Ergo
 obeata anima, beatissimis mentibus juncta aeternum Vive aet-
 ernum Vale! En brevem hominis ætatem & instar nubis
 transeuntem? En fallaces admodum & caducas spes no-
 stras! ita scilicet BINDERIMIANAM domum funestissi-
 mus hic annus planē exha. sit, nihilque posteritati nisi gra-
 tam sui memoriam reliquit. Tu mæstissimā Mater or-
 bata tantæ spei filiolo merito quidem indulges lacrymis:
 tantum

tantum modus ut in omnibus ita hic etiam servandus est,
ne cum Gentilibus omni spe destitutis ita tangaris, ut &
convictum & consuetudinem pristinam rejiciens, cibo
somnoque abstineas, atque ita planè ostendas, dolore te ob-
rutam adhibuisse in Consilium cognitionum tuarum de-
sperationem. Nemo nimium commovetur, cum in qui-
linum post constitutum tempus domum locatam relin-
quere alioque migrare cernit; Ita nec perturbari nimi-
um convenit, cum ex hac vitâ discedere videmus homi-
nes quibus certos commorandi terminos à DEO præscri-
ptos & definitos esse nostra nos docet Religio. Filii tui
mellitissimi causa nihil est quod exeruciare, nisi gravi-
ter feres, quod à mortalitate ad immortalitatem, ex habi-
tatione terrestri ad cœlestem, ex vitâ turbulentâ ad pacifi-
cam, è tenebris denique ad lucem sit traductus, quod ta-
men planè absurdum esset vel suspicari saltem à tot virtu-
tibus tantaque prudentia decorata Matronâ. Vos, ACA-
DEMIÆ CIVES, ab hujus pueruli ætate, quantum vobis
æquè & plus immineat, animo vobiscum diligenter repu-
tate. Quapropter parate vos in diem. Nèmini verò
ista denunciatio nostra mali omnis sit. Quicumque in
momenta mori quam optimè poterit, ille mortem aut
non visurus est, aut certè superabit. Ut recens aliqua vos
memoria ad Meditationem Mortis excitet, itote hoc die
Exequias frequentissimè; Lenietis per hoc eximium fa-
voris documentum Matris præ mœnore ferè succubentis
pristem casum, & præstabitis id officii genus jurè meritoque
sum Dn. Parenti, tum Dn. Avo de Academia & Ec-
clesia nostra olim optimè meritis P. P. Rostochi
die XXI. Octobr. Anno MDC LXXXIV.


Conventus fiet ad horam Primam pomeridianam in Ede

D. JACOBO Sacrà.

os (O) so



GK





xit; id quod factum esse ex ad sta
 12. IIXbr: hora dimidia septima ves
 scente vi morbi peracris, quo corpuscul
 semper sacra locutus, ingemuit sacra, n
 audire desideravit, inter has ecclesia nos
 nen lieben Gott / Wie schön leu
 stern So. praeceteris lubentissimè aud
 corpus fatigatum veluti carina, tempe
 gibus, undis, ita morti viam dedit. I
 VII. Menses VIII. dies natus, Anno
 Octobr. hora VII. vespertina. Ita obi
 nè in demortui desiderio Mater. Quis
 ficitur extremis tantum lineis depinge
 ne, cum in picturâ quæ Iphigenia im
 omnem tristitia imaginem absolvisset
 nis Patris vultum pingere, cum velavit
 singultus, lacrymas quibus Mater im
 cutitur, penicillo levi, vel coturno gr
 omnem hic minimum, ludum jocumve pu
 tius penetrat. At, at, cobibere satius
 Jobo solatium inde querere, $\text{I} \text{P} \text{H}$
 bis Dominus accepit, custodiet, reddet.
 diem, qui Te Avo Parentique Et illos Tib
 bi, nove Coelicota, optatus dant amplex
 clinis in sinu. Nectareos latices, caele
 obeata anima, beatissimis mentibus jun
 num Vale! En brevem hominis æ
 transeuntem? En fallaces admodum
 stras! ita scilicet BINDERIMIANA
 mus hic annus planè exhaustus, nihilq
 tam sui memoriam reliquit. Tu n
 bata tantæ spei filiolo merito quiden

one percepi
 Ingrave
 lectabatur,
 enas sacras
 luff mei
 Morgens
 a doloribus
 tis compaa
 VI. Annos
 XXIV. XII.
 Puer, Es pe
 m quo con
 appelles sa
 xhibebat,
 amemno
 s, suspiria,
 titur, con
 e audeat;
 s dolor al
 es, Et cum
 desidera
 candidum
 li nunc Ti
 ununc re
 tas. Ergo
 Tive eter
 tar nubis
 spes no
 unestissi
 nisi gra
 Mater or
 acrymis:
 tantum

